

**IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE ||  
IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Historiarvm Indicarvm Liber Qvartvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

HISTORIARV  
INDICARVM  
LIBER QVARTVS.



EQUITVR annus octauus  
quim illesimo, insignis grau  
Lusitanorum, & acerbo Laurentio  
Almeida eximij bellatoris imp  
tu. Is, cum ad Cocinum è Cella  
insula reuertisset; ad custodiam  
de Malabarici maris nauibus  
prodierat. Interea Calecutanus, & Arabs, suu  
que gentis ac sectæ populos Regesque ad armis  
stigare; accusantes ignauia, quod abditi intram  
nia & portus, alienigenas homines, natura, le  
ne, legibus, institutis multo magis quam manu  
que terrarum interuallo disiunctos, tamdiu u  
ri toto pene Oriente populabundos, neque  
ses modò, sed iam, si Diis placeret, colonias  
que in Asiam arbitratu suo mittere pateretur.  
iusmodi castigationibus monitisq; cum alios  
cipes ac dynastas, tum verò Mamudium Camba  
Regem, præpollentē ea tempestate opibus an  
que in causam traxerant. Est autem Camba  
num, quâ bicornis Indus in mare fertur, solida  
tate, finium amplitudine, fluminum, vicorum  
biuumque frequentia inclyrum in primis. Ab  
ente Mandoam terram; ab Occidente Naum  
seu Gedrosios attingit: à Septentrione Sanga  
Dulcindæ regnis; à Meridie mari, & limite De  
nio terminatur. Ipsa regio, Cambaia: populi  
certum vnde, Guzarates appellantur: superbi  
nibus, & mercaturæ apprimè deditagens, be  
neficiis, & amissione, quædam, quædam, quædam,

admodum inutilis, itaque externo fere milite Reges vtuntur. Ac Mamudius, quod erat ex heresi Mahometana, Aegyptium Campsonem eiusdem superstitionis praesidem per litteras ac legatos virginem non desistebat, ut promissa Zamorino auxilia tandem aliquando summitteret. Id ipsum Zamorinus, & Aegyptij negotiator es assidue flagitabat. Hisce tot stimulis actus Campson, quamquam suopte ingenio pacis quam belli cupidior, tamen cognita ex Mauro monacho ferocia Regis Emmanuelis, Christiane quidem rei in suo regno pepercit, quod ita futurum Emmanuel sagaci conjectura prospexerat; ceterum ad exturbandos armis ex India Lusitanos, quando nihil prorsus minore valuebant, animum & curas intendit. Igitur ad materiam nouae classi petendam, onerariæ quinque & viginti cum valido praesidio Mammalucorum (erant Aegypti robora) in Ciliciam destinata. In eascum oneribus redeentes diuinitus factum est, ad vniuersi deinde omen euentus, ut Andreas Amaralius Lusitanus, qui tum erat in principibus Rhodie militia, cum nauibus egregie instructis decem, incideret. Is audacter commisso prælio, Mammalucis ferme trecentis occisis, onerarias sex depresso, quinque captiuas abduxit; ceteras in fumigam actas fœda coorta postmodum tempestas laccerauit, ac diuulit: decem tantum quassatae fluctibus Pelusium tenuere. inde aduerso Nilo Cairum subiecta materia, & à naualibus fabris particulatim elaborata, tridui itineri e camelis Suezium mari rubri deuehebatur. ibi demum intexit, & compacta carinæ cum necessarijs armamentis deductæ sunt. Ex fuere in praesentia triremes tantummodo sex, celsiores onerariæ quinque; ad quas Calecutanus

tanus orator Maimamés , de quo supra dicitur Mahometicæ prauitatis antistes , cum vniuersitate adiunxit . In eam classem , præter remigel'sque , Mam maluci mille & quingenos pugnarores impositi . Expeditioni præterea Bonus Persa , qui patria lingua Mir , hoc est dum prefectus honoris causa fuerat appellatus , reuialis gloria per id tempus admodum illustris . Hunc , Maimames regionum peritus , præterea Arabicum , superato Persico sinu , ad insulam apidum oræ Cambaicæ seu Patalenæ Diuum exiit : quam regionem priscis Carmaniam fuisse nulli recentiores falsò putarunt . Huic insulae peritabat eo tempore Iazius , natione Sarmatiam quem olim sinitimi Turcæ , prædam è Christianorum agris agentes , à nutritis vberis auillam cum alijs infantibus puerisque in seruitutem duxerant . Mahometanus inde sacris initiatus , rat lacertofo corpore , ac vinido in primis exercitatione peruenit : ac per manus , ut sit , et alijsque diuenditus dominis , in regnum deum Cambaiæ defertur , & Regi Madrafaxao Magno parenti pro amicitia dono datur à mercatoribus . Apud quem , augurijs mire deditum , cum lagriæ artis egregium specimen præbuisset , immunda inter volandum aue destinato confixaquebat . mūm laude commendatus , dein alijs quoque numeribus prudenter ac dextere obeundis negotiis gratia locum breui tempore nactus . Cum in dies familiaritas cresceret , libertate omnium Rex in prætorianorum ordines cum largi pendio adscribit . dein , virtutis ergo , Melicumbabolio gentis appellat . postremò vicum ei man

mum, & insulam, de qua dicebamus, Dīum, iure be-  
neficiario attribuit. Eām insulam, vestigijs tantū  
dirutæ quondam vībis nobilem, ceterū eo tem-  
pore tēctis & incolis infrequentem, Iazius, tum lo-  
ci opportunitate (quod medio veluti ē spatio faci-  
lis inde vel in Arabica litora, vel in Decania reg-  
na decursus est) tum vigilantia solertiaque pelli-  
ciendis vndique mercatoribus, ad insignem cele-  
britatem breui perduxit: sepsitq; insuper mōni-  
bus, & propugnaculis. Ad hēc, trans euripum, seu  
fretum, quod insulam facit, in orientali continen-  
tis plaga oppidum condidit, receptaculum adue-  
nis militibus, maximē Turcis; vt ab Diensibus fre-  
to dīnisi, fixandi cum ijs ac tumultuandi causas  
procūl haberent. id oppidum primō Gogala, dein  
Rūmopolis vocitatum ab ipsa re. Duplicis quippe  
generis Turcæ versantur apud Indos, militiae cau-  
sa mercede conducti: Asiatici, & Europæi: illos x-  
quæ Indus ac Lusitanus proprio nomine Turcas;  
hosce, quod à Byzantio ferme euocantur, quo trāf-  
latum ab vībe Roma quondam imperium est;  
corrupta Græca voce Rumes, quasi Romæos ap-  
pellant. huic ergo nationi Iazius, vti dicebam,  
separatum ab incolis locum ad commorandum  
attribuit. Tum etiam pecunijs in dies auctus, præ-  
datoriam classem haud contempnendam instruxit.  
Hic aduentientem cum exspectatis iam pridem  
auxilijs Hocenum gratulabundus accepit, ac sese,  
quod ita Cambaix Regi cordi esse intelligeret; ad-  
iutorem illi & socium ad omnia fore professus est.  
Communicatis inter se consilijs, dum de ratione  
gerendi belli deliberat; à speculatoribus assertur,  
Laurentium Almeidam cum paucis nauibus ad Ci-  
aulū stare, expositis in terram copijs, nihil minus  
quam

quām de aduentu classis Aegyptiæ cogitantur  
tra Dium leicas circiter quinquaginta idem  
rium est; duas recedit introrsus à mari. Prae-  
bitur eiusdem nominis fluuius, quem , ut cre-  
ferme Orientis amnes, longo tractu estuarium  
fluens, capacem ac patientem omnis generis  
um reddit. Ei tum oppido imperitabat Nizam-  
ius , unus è Decani regni præfectis, qui Reg-  
custodiam inclusò, totum eius imperium flori-  
faria conspiratione diuiserant. Quæ portio Nu-  
maluco obuenit, in eius ora maritima Ciaulum  
ipse mediterraneis maximè se regionibus con-  
nebat. ac licet ob diuersitatem religionis, ac gen-  
eris, Christianos odisset ; quæstus tamen, & no-  
mercijs cauia, mandauerat præsidibus loci, vice  
aduenis Lusitanis amicè ac liberaliter agerent  
go, dum ibi securus moram ducit Almeida, vi-  
cinenibus onerarijs , quæ ad Ciaulum itab-  
præsidio redeuntibus esset ; incerto auctore  
xit rumor, Aegyptias naues complures cum ex-  
gio militum armorumq; apparatu in Indianum  
netrasse. Primò nihil eiusmodi sermonibus or-  
mouetur Almeida . increbrescente dein in  
concilium aduocat. omnibus incredibilis  
res. quibus enim machinis, naues, maioris for-  
præterim, ab interno in externum mare, ma-  
continentis terræ spatio transuehi , aut quo-  
do nouam in Arabico intimo sinu classem re-  
cari, ornarive potuisse , locis circa sticulæ  
rentibusque, nulla ferme cædua sylua, nulla fer-  
mentorum, nulla fabrum , ac nautarum, aut res  
gum copia ? Scilicet anniversarias à Meca mi-  
pulsas, id vulgo cuncta in maius attollenti cl

inuisitatē speciem præbuisse. Ad hæc, inanes saxe  
iam ante rumores ad Lusitanos terrendos consul-  
tò dissipati, & vana ac fallacia incolarum ingenia  
memorantur. Hisce alijsq; id genus argumentis e-  
leuata nuntij fides: & Laurentius, de more, certa  
minibus ludicris militariter tempus terebat; cùm  
ab ijs, qui carchesia speculandi causa tenebant, ad-  
uentans repente conspicitur classis, incerto, prop-  
ter distantiam, numero & genere nauium. Hoce-  
nus is erat, dum suam Iazius quoque classem expe-  
dit, ad opprimendum, vel certè distinendum Al-  
meidam celeriter antegressus. Initio, Albuquerci-  
us, quòd ex Arabia dudum exspectaretur, adesse  
creditus à nostris. Mox, vbi propinquitas ipsa Ma-  
hometanas naues peritis talium rerum aperuit;  
repente nuntijs alijs super alios missis, Almeida  
vagos in littore prefectos, & milites raptim naues  
conscendere, arma capere & aptare ad prælium iu-  
bet. Vix dum iussa peregerant, cùm Aegyptij de-  
missis antennis ad pugnam instructi portum inue-  
hebatur. Trepidos inopinata re Lusitanos, metuq;  
percusso, in potestatem haud ita magno negotio  
venturos putauerat barbarus. ast vbi præsentio-  
re quām credi posset animo frequentes armatos  
ad margines nauium, & pro tabulatis & castellis  
aspergit; ex tuto rem aggredi, & Iazium omnino  
opperiri constituit. in agmine tantum eo die leui-  
ter dimicatum est, neutris vniuersi certam inis a-  
leam subire ausis. Hocenus, ad vitandum congre-  
sum ordine simplici prætereitus, paulo supra  
nostrorum stationem, ad ripam fluminis loco va-  
dosso naues applicuit; quòd ex planō alveo de in-  
dustria fabricata, multo minore in quām Lusitanæ  
a quarum altitudinem postularent. Proxima nox

animando vtrinque milite, & corporibus an-  
dis insumpta. Postridie, ignarus Hocenij confi-  
rum Almeida, venturiique mox ab Dio subfidi  
tro sublatis anchoris ad hostem subit infestus  
xima Lusitano spes victoriae in dextris erat, te-  
ues Aegyptias iniectis harpagonibus compedi-  
dere, ac pugnam ex propinquuo conserere pon-  
set. Vbi eos ab exoptato congressu natura loci  
hibuit; tormentis admoti confessim ignes, &  
filibus vndiq; certari ceptum. Inde laniari su-  
corpora; & nauium latera atq; armamenta per-  
gi; & horrendo fragore, varijsq; clamoribus, ac  
sto vulneratorum & morientium gemitu ex-  
perstrepare. Barbari, & multitudine defensio-  
& omni telorum genere ex preparata in id in-  
copia; & numero ac forma ipsa nauium sup-  
bant, quippe, præter quam quod erant testa-  
tis funibus à puppi ad proram usque reticula-  
pere pertinentibus; tanta erat insuper earum  
fitudo, ut in nostras apertas, libratoria fu-  
jacula, & certiore istu pleraque incidenter-  
rum iniquitates omnes vincebat audacia la-  
norum, & inexplebilis quædam glorie laudis  
cupiditas. Multi eo die ex vtraq; parte inten-  
plures vario telorum genere fauciati. Laurens  
ipse, conspicuo loco prælium ciens, duabus  
ceps sagittis haud sine acri doloris sensu con-  
tur. Sacrificulus quoque Maimames, dum  
puppim, abdito loco Mahometem adorat, e-  
so temere globo discerptus, obitæ cum tanto de-  
re legationis, & concitati aduersum Christianos  
belli præmium egregium tulit. Hoc maximè  
do pugna propemodum æquo Marte in ver-  
ram extracta, Iazius cum actuarijs circiter

draginta superuenit. Ad eius aduentum index lætitiae clamor ab hoste sublatus: & incerta victoria prælium, laſſitudo, & appetentes iam tenebræ dixerunt. Iazius Lusitanam classem perrumpere nequaquam ausus, ad ostium fluminis anchoras iacit. dein silenti nocte diuersam abradens ripam, quam longissimè à nostris potuit, sese cum Hoceano coniunxit. Ea re animaduersa, extemplo ad Almeidam duces Lusitani conueniunt. Sat iam decoris ac laudis ex vtriusque diei certamine partum demonstrant. nunc tanto incremento auctis hostiis copijs, cedendum aiunt tempori; & nulla interposita mora naues ex arcto & impedito loco in altum explicandas. Hæc pro sua quisque parte suadere præfeci. Almeida, vt erat existimationis ac dignitatis nimio plus retinens, nocturnæ fugæ ignominiam veritus, cedendum vtique, sed sensim, & oborta demum luce, respondit, neque ullis cuiusquam obtestationibus demoueri se de sententia passus est. Vbi diluxit, accersitas iam à Ciaulo sociorum onerarias Lusitanicis intermissas, retrorsum æstu secundo iubet ad mare tendere, ipse, quod periculosisimum erat, antecedentium tuenda terga sibi defumpsit. Barbari nostros conspicati abeuntes, illicè subsequuntur; telisque ac tormentis morari ac retinere contendunt. In eo tumultu fortè ita accidit, vt inscijs omnibus, maioris formæ ferrea pila sub ipsum clauum adacta perincommodo loco nauem Almeidæ perforaret, inde accepta clam aqua paullatim alueum degranabat: ac tanto denique pendere in pectorios cancellos, transuerso amnè prætentos, impegit; vt iniectis Pelagio Sosa triarcho loris, quamquam acerrimè concitato re-

migio, nulla inde vi vñquam auelli potuerit  
vndiq; instaret hostis, & iam progressi nam  
animaduerso periculo frustra in aduersum  
( & est ibi ad instar euripi rapidissimus ) ad  
Almeidæ ferendam toto impetu, niterentur  
gia velocitate lembus à nautis imperato  
gā offertur. Hortari omnes, & orare, vt conf  
illuc è nauī desiliat, seq; Francisco parenti  
busque, & Emmanueli Regi seruet incolumen  
ille, fortibus oculis, Deus, inquit, ac super  
litones meos, adeo de me, deq; parente meo  
communi patria benemeritos, in extremo  
mine derelinquam. Dein, reiecto nauigio, p  
natoribus ad loca idonea distributis, quam  
parte laborari animaduertit, eò celeriter  
lat. Tam insigni virtutis & caritatis exempli  
liqui mirum in modum animati. Nulla  
quam in tantis angustijs, mentio deditio  
pacificis. Cuncti se se ad vitam præclaro exim  
randam intrepidè cōparant. At ex altera p  
bari, in eo verti victoriā rati, si duce hos  
viuo aut mortuo potirentur; omissis catene  
bus, vnam prætoriam circumfistunt. neq; tam  
inuadendum, vel ad rem proprius gladio &  
degerēdam est animus: tantum ex interru  
cendiaria s ollas, & sagittarum examina, &  
beam procellam in nostros effundunt. Cu  
mibus maxime iniquum certamen erat. Eu  
spirandi spatum hosti daretur, prope ad  
darum equitum speciem in turmas dimic  
in orbem pugnæ succederent, agilite  
bili procurrentes inuicem ac refugientes,  
bilem, & harentem vno loco prætori

men impunè eludebant, quippe nō pauci, & prōp-  
tissimus fērē quisque, dum incautius subeunt, de-  
stinatis ē superiore loco iaculis figebantur. Inter  
hēc, Laurentio, propter magnitudinem & animi  
& corporis in primis ad iēctum opportuno, excus-  
sa ē tormento pila dimidiatum fēmur abripuit.  
Eo vulnere debilitatus, cūm se se ad sellam malo  
appositam reclinasset, suos ex eo ipso loco ad glo-  
riam ac decus intermortuis vocibus adhortanti,  
ac proposita morientibus pro Christi nomine re-  
ferenti prēmia, globus alser, auulsis à pectore  
costis, foedo & horribili aspectu prēcordia pate-  
fecit. Corpus lacerum, quō minus conspici posset,  
raptim à stipatoribus ē superiore loco detractum  
in tabulata projicitur. & nostros iam sanguis,  
iam tela defecerant: reliquis ex omni numero dun-  
taxat viginti, & ijs quidem ipsis perpetuo labo-  
re ac defatigatione confectis. Tum demum ho-  
stes ad Prætoriam succedere, in eamque nudatam  
propugnatoribus transfilire ausi. Duorum hinc  
Lusitanorum perditis in rebus facinora memo-  
rantur egregia. Vernaculus erat alter Almeida,  
Laurentium Frerium Catum vocabant. Is inter  
pugnam lumine captus iētu sagittæ, cūm ab heri ca-  
dauere auelli non posset altero cruentem, altero  
lacrymas oculo sine fine profundens, ab irruenti-  
bus repente Mahometanis opprimitur. neq; se ta-  
men circumuentus abiecit, sed præsenti strinxit a-  
nimo ferrum: ingentiique edita strage, & hostium  
corporibus domino tumulato, super eam deni-  
que stragem, præclarē seque & Imperatorem vi-  
tus occubuit. Speculator & carchesij custos erat  
alter, Andreas nomine Portuensis. hic plihe a glan-  
de saucius humerum, & insuper vsu lœvae manus

L 3 amissio,



amisso, nihilominus dextra plus biduum ei  
carchesio dimicans, barbaris in tantæ virtutis  
mirationem adductis, accepta demum incola-  
tatis fide se dedidit: ac suis postea restitutis,  
nore (vti erat æquū) & stipedijs auditus est. Ca-  
potiti Prætoria Mahometani, traditis in cultu  
am ijs, quos in potestatem viuos acceperant,  
tam tanto sudore & sanguine victoriæ inter-  
gratulantur: per eos quippe dies è suis omni-  
sexcentos amiserant, cùm è Christianis ce-  
sent haud amplius centum, & quadraginta.  
ad humandos commilitones de more con-  
& Mahometano antistiti Maimami, quòd in  
adorationem obierat, quam ipsi vulgò Zalan-  
pellant, utpote sine controvërsia in cœlestes  
to, fanum cum perpetuis luminibus posuere.  
vel adumbrata virtus, & ficta religio, in ador-  
atione, & honore etiam apud barbaros est.  
meida corpus, quæ situm ad sepulturam, quan-  
uis adhibita cura dignosci non potuit. Lutus  
naues, quæ mature discrimen effugerant, cum  
oculis pñè ducem amissiunt, opirulandis  
moestitia reuerteruntur. Cladis eius nuntium-  
tor Almeida, vt dignum erat illa persona, in  
enter tulit: præclarè, vt in malis, cum Lau-  
filio actum affirmans, quòd nulla accepta igno-  
minia, contra nominis Christiani hostes egredi  
dimicans, extremum obijsset diem. Simul  
insolita victoria elatos barbaros intelligeret  
eam ferociam reprimendam, contractis vñ-  
nauibus militibusque, se se impigre compa-  
bat. Inter hæc, Albuquerius compositis ad-  
cotoram rebus, nauibus tribus è Lusitaniam

et delatis, & epibatis fermè trecentis, Armuziam  
repetit, inspiciendi magis caussa, quām quod tan-  
tulis copijs vrbem recipere se posse confideret. Ca-  
laiatum ex itinere primū, cuius ante memini-  
mus, Armuziane ditionis emporium, quod ab Em-  
manuele Rege desciuisset, improviso aduentu cœ-  
pit, ac præda exhausta, ignem tectis iniecit. Inde  
prouectus in Armuzia vrbis conspectum, haud  
modico auctam incremento arcem offendit, ac tur-  
res ad alteram vsque contignationem Ataris cura-  
perducas. præterea, nouum aggerē, & vallum vr-  
bi circundatum, æneis tormentis ad opportuna  
loca dispositis, ingentem deniq; commeatus, & a-  
quæ vim, per eos menses inuectam, Rege regijsque  
de infesto Lusitanorum reditu haud sine cauia so-  
licitis, Albuquerkius, nauigij tantum aliquot in-  
terceptis, ne tentata quidem oppugnatione, ad Na-  
bandem continentis oppidum è regione Armu-  
zia repente descendit. Validum erat ibi Zeifadi-  
ni præsidium: & locus tortuosis ad obliquum i-  
ctum munitionibus Indico more cinctus. omnia  
tamen Lusitanus felici conatu perrupit; cæsoque  
prædio, oppidū direptum incendit. Vastatis dein  
circa agris, cū litteras ab Emmanuele accepisset,  
quibus iubebatur Almeida Prætori in administra-  
tione succedere; Oceano transmisso Cananorē ve-  
nit, quod Prætor item paulo ante sese ab Cocino cō-  
tulerat. Ab eo cūm Albuquerkius prouinciam ex  
Emmanuelis decreto repeteret; nondum, ait Al-  
meida, maturū eius rei tempus aduenisse. Pulsis ex  
India Mammalucis, & pacata prouincia, sese tum  
deniq; magistratu abiturum. Ardebat cupiditate  
Prætor filij necis, antequam è prouincia discede-  
ret, vlciscendæ. præterea, exulcerato fugitiuorum

calumnijs, & criminationibus animo, male  
pridem de Albuquerio sentiebat. itaq; vt sum  
mum acuta ad suas confirmandas, & fouenda  
pinones hominum ingenia; interpretatus, ne  
è Lusitana re, neque ex Emmanuelis maiestate  
tantum imperium, temerario, & impotenti, &  
biæ sanitatis viro committi; nequicquam expo  
lantem Albuquerium, per speciem capienda  
tis, & relaxandi à tot laboribus animi Coci  
legat. ipse nauibus vnde uiginti, & milite, & in  
mento bellico præclarè ornatis, Cananore pro  
ctus circa initium anni in sequentis (qui fuit  
li huiusc nonus) ad Anchediuam insulam me  
ibi dum nautici aquantur, alloquendos praef.  
ac milites ratus, concione aduocata, ita diffe  
“ Quando peccatis factum est meis, vt mihi, vol  
“ Laurentium & comites ex vniuersa nobilitate  
“ lectoris, in medio cursu ætatis, honorumque  
“ magis aduersus (quod scitis ipsi) quām hosti  
“ tus eriperet; non ignoro, fortissimi viri, quid  
“ insuper à me piaculi contractum esse, quod in  
“ ta victoria tardi exultare Mahometanum,  
“ faria passim vexilla gratulabundum explicam  
“ passus; ac non protinus ab tristi nuntio, quā  
“ ua & subitaria manu, ad expetendas ab ijs pu  
“ vna fretus immortalis Dei præsentia dum  
“ quid enim, tali præside ac duce, non audendi  
“ bis fuit? Ille, gentem nostram ex remotissi  
“ gionibus, ad Liberi, & Herculis, & Alexandri  
“ gia melioribus multo auspicijs, & fructu long  
“ lidoire calcada, subditis æternæ gloriæ facili  
“ citauit. ille, nobis, aduersorū impuros nominat  
“ stiani aduersarios, & pia toties arma induit. &  
“ tot tamq; opulentis nationibus clarissimis

mariq; vi<sup>ct</sup>orias peperit. ille, paucitati nostræ vi-<sup>"</sup>  
res atque animos dedit, hostium multitudini for-<sup>"</sup>  
midinem ac terrorem iniecit. ille, nobis, in alio<sup>"</sup>  
pene terrarum orbe rerum omnium pressis ino-<sup>"</sup>  
pia, diuinitus opem ac subsidium tulit: Afrorum,<sup>"</sup>  
Arabum, Persarum, Indorumq; tam s<sup>e</sup>pe conspi-<sup>"</sup>  
rations, machinas, apparatus momento discussit.<sup>"</sup>  
vt optimo iure, nunc etiam, vel exiguis copijs ad<sup>"</sup>  
retundendam insolentis barbari audaciam, profi-<sup>"</sup>  
ciscens, vnic<sup>a</sup> numinis diuini fiducia secundos mi-<sup>"</sup>  
hi rerum euentus non sine causa polliceri potue-<sup>"</sup>  
rim. Quid ergo tā laudabiles impetus, & digna vi-<sup>"</sup>  
ro cōsilia retardauit? Fatebor ingenuè id quod res<sup>"</sup>  
est, Lusitani, humano quodā timore sū veritus, ne<sup>"</sup>  
si ad hostes ita multos, & recētivictoria feroce<sup>s</sup>, nō<sup>"</sup>  
prouis<sup>s</sup> ante cōmeatibus, nō euocatis Regū socio<sup>"</sup>  
rum auxilijs, non iusta classe, & instruēta hoc mi-<sup>"</sup>  
litum robore, extemplō tetendissem; in aliquam<sup>"</sup>  
fortasse reprehen<sup>s</sup>ionem incurrerem, quod iracun<sup>"</sup>  
dia præcep<sup>s</sup>, domestici doloris causa communem<sup>"</sup>  
rem in apertum discrimen obijcere minimē du-<sup>"</sup>  
bitassem, ita, dum summam rationum mearum ta-<sup>"</sup>  
citus apud me subduco, nimium fortasse cautus,<sup>"</sup>  
quām parum prudens aut amans reipub. videri ho-<sup>"</sup>  
minibus malui. Nunc, quando & l<sup>e</sup>rum ipsum, cu-<sup>"</sup>  
ius agitur causa, propitium, vt spero, & classem ita<sup>"</sup>  
ornatā habemus, vt nihil merito desiderari à quo-<sup>"</sup>  
piam possit; est sanē, cur celso, & cresto animo ad<sup>"</sup>  
vleiscendam Laurentij, & popularium necem sine<sup>"</sup>  
mora pergamus, veruntamen, antequam iniuriam<sup>"</sup>  
hanc bello persequimur, delenda nobis est macu-<sup>"</sup>  
la, magno meo cū dolore iam ante suscepta: quod<sup>"</sup>  
Sabaium hunc, Decanium tyrannum, tot menses<sup>"</sup>  
impunitum esse permittimus. Hic, qua impuden-<sup>"</sup>

L,

tia at-



„tia atque audacia cum Nizamaluco, & ceteris  
„cani regni p̄fēctis, commissum sibi ab Reges  
„imperium, per scelus, fraudemq; possedit; eadē  
„& cum hostibus Lusitanici nominis confocim  
„arma, & dissentis ad Cananorem nostris, adīc  
„tam hoc ipso loco à nobis arcem, nequissimo ut  
„fuga duce non dubitauit inuadere. Quas ob res  
„quidem caput ipsius regni Goam aggredi cogit  
„bam, sed quod ab alto retractior, (vt audio) &  
„hisce nouis hostibus nimium remotus est loco  
„rem in tempus aliud differemus. Dabulum zy  
„nobile eiusdem ditionis emporium, atque à m  
„& AEgyptijs stationibus' haud ita seiuētum  
„præsentia petere est animus, id vbi prope in co  
„Etū vrbis Dij ceperimus; tum, percussis recenti  
„uore barbaris, in Cambaianum, & Aegyptium.  
„na infesta vertemus; & glriosum, Christo fane  
„te, de vtrisque agemus triumphum. Quod vt iu  
„turum esse pro certo habeam, cūm alia multa  
„dixi, tum vestra in primis, Lusitani, egregia vim  
„& alacritas facit. cui, quoniam ita de me, deo  
„guine meo meremini, ego quoque( sic me deus)  
„ne iuliet) pro mea parte non deero. Magno filio  
„maiore cum assenſu auditus est Imperator, acq  
„non dubiam vietorix spem incredibilis ex omni  
„fronte, oculisque animorum ardor emicuit. In  
„magistri Dabulum dirigere naues iussi. Id op  
„oræ Decanæ, eodem fermè quo Ciaulum situ, me  
„nisco impositum flumini, duas i. rme leucas re  
„dit à mari. actum, assiduo cōcursu negotiatorum  
„& cumulatis longa pace diuitijs erat insigne. Q  
„circa Sabaius, præclarè conscius cuiusmodi i  
„Lusitanos præbuisset, castello ad portus adm  
„exstructo, vrbem insuper aggerē, & vallo| mu

erat, prædioque firmarat militum varij generis sex circiter milliū, in quibus erant mercenarij Turcæ quingenti. Itaque ex tanto apparatu Saracenus loci præfectus adeo erat animo soluto, & securus, ut ad Lusitanicę classis rumorē, non modò quicquam ex urbanis apothecis, vt sit, in remetiora loca alportari vetuerit; sed etiam oblectationis causa, vxorem ē villa, sc̄eninasq; alias nobiles ad spectaculum euocarit. Erant in Almeidę classe Lusitanis bellatores mille, & trecenti: & ē socijs vrbibus quadrinerti Malabares, quorum singuli de more feruos in armis exercitatos plures paucioresue pro censu in expeditionē eduxerant. Ut in conspectum Dabuli ventum est, noſte in explorandis vadis insūpta, poſtridie Almeida triremes ad oppugnandum castellum præmisit, ibi dum tormentis, & iaſulis vtrinque certatur, ipſe interim cum cruentis copijs absque vlla trepidatione in terram egreditur. Ad aggerem subeunti, patentibus portis vndique ſe hostes effundunt. Quandiu misericordiis agebatur, æquis viribus dimicatum, dein cum ſeſe Lusitani acrius intuliffent, & collato pede aduersa corpora gladijs hastisque cofoderent, commota primū hostilis acies; deinde, vincente pudorem metu, in fugam auerſa. Et Lusitanos, præter infitam virtutem & audaciam, illud etiam non mediocriter iuuit, quod conferta iam pugna, oppidanis ē turribus ac propugnaculis tela necelariō sustinebant; ne ambiguo iectu in ſuos nostris permiftos inciderent. ita, dum intra vrbem ſeſe effuso cursu barbarus recipit; eodem impetu tergis infiftens Lusitanus irrumpit. Ibi verò, quantum vim ad efferandos homines habeat ira, perspici potuit. Siquidem externi, qui prælio super-

superfuerant, cùm se per auersam oppidil; parte  
eiecissent, in oppidanos, nullo sexus vel etatis  
crimine, ab Lusitano sequitum est. dein tectis pell  
cis priuatisq; subditæ faces: ac prædæ magna pa  
raptim ad mare aucta. multo plus tamen ver  
cissimus ignis absúpsit, & mortales plurimi, cu  
se metu mortis varias in latebras abdidissent; &  
ruina oppressi, aut enecti fumo, aut ignibus hum  
sunt. Neque vrbe tantum sese flamma continet  
naues quoque in portu aliquot eodem incendi  
conflagrarent. Ab hoc tam claræ vrbis excidi  
cuius fama confessim longè lateque manauit. Di  
viætrici classe prouectus Almeida, ante ipsas po  
tus fauces, parato ad pugnam agmine constitutu  
cenus, cùm de hostium progressu per explorato  
res in singula pene momenta certior fieret, ob  
ire nostris, & in alto collatis viribus dimicare  
creuerat. Sed Iazij suasu deinde mutato confi  
intra portum sese continuuit, vt vno tempore  
timis, atque terrestribus auxilijs contra Lin  
num uteretur. Nam præter Aegyptias, & Dies  
naues, & parones ferme octoginta, qui ab Cala  
re toro, varij generis tormenta erant locis idone  
collo cata: & Iazius cohibendi à fuga militis, &  
nas identidem copias è terra submittendi prou  
ciam sibi desumperat. Almeida, ubi præter op  
nem inclusos intra munimenta vidit hostes, &  
sura victoria omen interpretatus, reliquum con  
templanda natura loci, & consultando con  
sumpsit. Hoceni prætoriam sibimet inuadens,  
ipse delegerat. Sed prohibitus consensu du  
quod in eius capite salus omnium verteretur.  
V

Vasco Pererit delegauit. Nocturnum dein tempus, partim stationibus ad pugnam diuidēdis, partim curandis corporibus, & quod caput erat, animis ritē expiandis est datum. Postridie, ut maris accessus apparuit, & meridianus ventus ex alto ve la percussit; æstu simul & flatu secundo, classis instructa, portum audacter inuehitur. Agmen præbat Nonnus cū ducentis fermè propugnatoribus aut vincere paratis, aut mori. tū cæteri singillatim propter angustias, & vadi pericula sequebātur. Postremo loco substitit Prætor ad hostiū actuaria distinenda, ne innostros certamine occupatos, repentinis de more incursionibus ab tergo impetu facerent. Dein, edito pugnae signo, sublatus vtrinq; clamor, & buccinarū cantus, ac tympanorū sonitus ex omni parte perstrepuit; mox tormetorum fragor, & edificijs intrementibus, pelagoque vibrante, omnium aures longo remugitu compleuit. Tum, intrepidè procedenti Nonnio, globus ab hoste contortus, nautas ipsos decem, demittendis antennis intentos, uno impetu lacerauit, ac perdidit, ac nihil segnus ille in medios barbarorum ordines inferre sese, quoad comprehensa ferreis vncis Hoc ceni Prætoria, prælium atrox vtrique commisum est, nec prohiberi Lusitana vis potuit, quomodo in hostilem nauem ingenti transcenderent saltu; disiectisque aut ruptis retium tegumentis, co minus hasta gladioque rem gererent. ibi acerrimè dimicanti Nonnio guttur sagitta confixum, quo ex vulnere post triduum perire. Neque ad calum ducis, ut sit, perculsi cæteri: quin irritati potius, ardentibus animis integrant pugnam. Par fortitudine ab cæteris nauarchis vbique certatur. Neque barbarus, missilibus quam gladio melior, fla-

gran-

grantes Lusitanorum vultus, collatumq; pede  
& micantes vndiq; mucrones ferre diutius vali-  
Hocenus ipse, vt inclinatam haud dubie pugna-  
animaduerit, quām occultissimē sese in lembi-  
tales ad usus paratum, demisit, atque vt venalis  
fluxa est barbaris fides, veritus, ne Christianos  
Iazio postmodum proderetur, in terram egressi  
equos arripuit; ac, ne salutato quidem hospitiis  
festim ad ipsum Cambaiæ Regem plenus clavis  
ignominia peruolauit. Calecutani quoque, can-  
depressas iam, aut expugnatas aliquot sociorū  
dissent naues, multis etiam ipsi paronibus am-  
aut laceris, insulam circumuecti, ex altero eum  
ostio, humilibus tantum nauigis propter vadis  
scopulos peruio, Calecutum trepida fuga reper-  
uere. Triremes Hoceni duas, in fugam versas,  
tericus Soarius infuscatus, epibatis exuit, ac pup-  
religatas ad Almeidan viator attraxit. iamq;  
peratis omnino rebus, cūm sese hostes passim  
mare præcipites darēt, instante vndique e scap-  
ac triremibus Lusitano, cœruleos fluētus atro  
guine infecerant, ac nequicquam Iazius litora  
to discurrens, fugam stricto mucrone sistere nu-  
batur. Vna restabat eiusdem Iazij nauis, & robu-  
& celitudine, & numero defensorum instare  
grie muniti castelli: tecta insuper crudo boumo-  
rio, ad repellēda iacula duro, ad fallenda velina  
lubrico, ad prohibenda incendia madefacto. En-  
uis, cūm aulos non semel inuadere Lusitanos, ma-  
no semper eorum damno ac vulneribus repul-  
set, ad extrellum crebris tormentorum istibus  
perita, pluribusq;que perfracta locis, tandem a  
quando subsidit. Illud verò non sine miraculo  
peritis animaduersum. Nonniq; nauis, dudu

state fatiscens, trahensque sentinam adeo, ut antilias binas pene sine intermissione requireret; cuncta dimicazione, quae a meridie in veisperum usque protracta est, haud uno loco pertusa, nihil tamen aquae prorsus admisit. eadem, finito mox pralio, multis partibus plures uno tempore vndas accepit. Cesa eo die feruntur hostium ad tria millia; & Mammaluci ferè omnes aut capti, aut imperfecti. è nostris dno, & triginta cecidere: vulnerati, missili bus maximè, plus treceti. Qua in re durities, & frugalitas eius aetatis Lusitanorum euidenter apparuit. Siquidem ad obligandum Nonnij vulnus, adeò linamenta defuere; ut in idipsum, è suis tunice vnam (leuis dictu res, ceterum haud quaquam negligenda) Prætor ipse protulerit. Ut iā pene portenti simile videatur, adeò masculum nuper aspernumque in armis genus, ad tantos tam breui desflexisse vestium apparatus, conuiuiorū elegatiam, & exquisitæ ac lautæ suppellectilis instrumenta. Sed nimirum, que soli libertas, & affluens copia rerum omnium, ad Capuam Pænos, in Græcia Syriaq; Romanos emolliit; eadem in Oriente, per Indorum, Sinarumq; commercia, varijs captos voluptatum illecebris Lusitanos infregit, ac primò paupertatis contemptus in mores eorum inuectus: inde luxus, otiumq; succisis industriae ac parcimoniae nuius, priscam severitatem, & disciplinam, ingentibus dolorum labore labefactauit ac soluit. Verum eo quod expositum est pralio, hostiles naues, ut dixi, variæ magnitudinis demersæ complures, rostratae maiores quattuor, onerariae totidem in potestatem venere, in ijs, præter machinas, & bellicum instrumentum, auri, argentique vis ingens, & multum pretiosæ vestis inuentum: è quibus Almeida nihil

nihil omnino attigit. militibus ea cuncta lant  
est. regia tātūm Sultani vexilla tria in Lusit  
missa, & in templo Christi ad Nabantiam, se  
mariūm, ab Emmanuele Rege suspensa: quon  
vno, ad contumeliam nominis Christiani, ca  
& occupatæ Hierosolymæ argumento, in mo  
trophæi depieta, sacrosancta altaris mysteria  
debantur. Ita, Christo superisq; fauentibus  
clarè demptum cladis proximæ, si quod erat,  
cū Aegyptijs cum fœnore multo repensal  
rentij cædes est. neq; id optimum eius pugna  
sed quod vna expeditione territis latè nation  
Regibusque, Indici maris imperium in multo  
inde annos Lusitano firmatum. Quo magis d  
itor, insignem adeò testamatque victoriam in  
tio prætermissam à Paulo Louio æquali eorum  
porum scriptore: præsertim cùm dileret ipsius  
belli huius initia causasq; tradiderit. Ex eis  
Almeida, luctu & squalore deposito, cùm De  
mortali gratias, yti debebat, egisset; Iazio quo  
erroris veniam suppliciter petenti, spondens  
se enixè daturum operam, vt omnes Indi  
pas, Regesque fide in Emmanuelem & obedi  
superaret, pacé dedit ijs legibus, vt naues Ag  
tias, quæ prælio superfuerant, traderet cum  
verso apparatu, itemque Lusitanos ad Ciaulim  
pros illicò restitueret: postremò, vt multiplo  
meatu Christianam instrueret classem, omni  
dulò, & obedienter facta. neque illi quicquam  
præsentia grauius imperatum est, & ab oppo  
da vrbe Dio, quamvis præclara fese daret occi  
temperatum à Lusitanis, non tam in Iazij gru  
honoremve, quam ne Cambia Regem, cui  
in primis Emmanuel amicitiam expetebat.

cto laceffarent. Inde ouans Prætor ingenti cum gratulatione Cocinum reuertit: & ex itinere, Ni-  
zamalucum ipsum tantæ victoriz perterritum fa-  
ma, ad persoluendum Lusitano Regi annum ve-  
tigal, quod antea semper abnuerat, negotio nullo  
perduxit. Eandem foederis conditionem, eodem  
percussus terrore subiit regulus Batical: quod op-  
pidum orę Canarinę, vltra Goam est leucas quin-  
que circiter, & viginti. Interea Emmanuel ab An-  
drea Amaralio (cuius virtute redeuntem è Cilicia  
Sultani classem in Rhodio mari fusam ante docui-  
mus) de hostium apparatu, consilijsque, præmo-  
nitus, nondum tamen cognita Laurentij nece, Fer-  
nandum Cotinium è prima nobilitate virum, cù  
nauibus quindecim, & tribus armatorum milli-  
bus, in Indiam destinarat, vt pulsis inde Sultani co-  
pijs, & remisso in Lusitaniam Almeida, sese cum  
Albuquerque Prætore coniungeret, ipsamque to-  
tius belli originem somitemque Calecutum vr-  
bem inuaderet, deleretque. Cocinum inter Al-  
meidam, & Albuquerium, instigantibus y-  
trique peruersis hominibus, de successione  
foedè admodum certabatur. Cotinij aduentu  
ea controuersia statim sedata est; & Almeida,  
quippe cui nihil esset obseruantia, & fide in suum  
Regē antiquius, deposito sine mora magistratu, re-  
pudiatisq; improbis suasoribus, cum Albuquerque  
in gratiam redijt. Dicis huiusce, oppidò miseran-  
dum scriptores exitium tradunt. Cum circiter  
quadriennium Indiæ præfuisset, Lusitaniam repe-  
tens, circa Bonę spei promontoriū, ad reficiendos  
ē diuturna iactatione comites, & simul aquādi &  
petendi cōmeatus causa, in terram exscēdit. mox,  
dilapsis ad proximā tuguria Lusitanis, inter emen-

dum, ut sit, rixa cum incolis, quorundam temere cooritur. Ad eum sedandum tumultum, sicut tuédos, Almeida, raptis quæ fors obtulerat, am cùm aduolasset; concursu repente ex vicinis p facto, priusquam ad naues receptum haberet, co usta sude tráfigitur: nixusq; illicò genibus, manu oculosq; in cælum attollens, ingēti omnium labore excessit è vita. Circa eum veterani cōplures in ijs egregij bello duces duodecim, dum indu li vestigio in arena luctātur, ab hostibus miru porum agilitate, petiti eminus iaculis, eoden ti genere periēre. Ita, clarissimus Imperator, integerimus, cùm Europam, Asiamque vices peragrasset, in Africæ demum ignoto littore, cibrium rerum humanarum, ab nudis ac ruris Aethiopibus interfecetus, & spoliatus, nondū paratis ab Rege præmijs, verūni etiam lēprosā honore, & supremis exsequijs caruit. Per tempus, haud absimilis casus ad Calecutum L nōs affixit. Profectus ad excidium eius vibratio eiusdem expeditionis adiutore socioq; quam acriter obfistentibus oppidanis, copulamen omnes ad littus exposuit. Inde expugnatō stello, quod portus faucib; imminebat; Albuquer cius ad vibis incendium, Cotinius ad regiam occupandam, ac diripiendam præmaturū statuēt. Et Albuquerius quidem colis metu perterritis, haud ita difficulti negat tectis ignes iniecit: quorum pars magna (quæ sumpta. Cotinius regiam, absente per eos Zamorino, audacter aggressus, magna ex parte se præsidio, claustrisq; retractis, per vim irru

hostes ex cōposito simulata desperatione fugaque,  
se se per posticū in sylvas ejiciunt. Cotinius, potis  
iā edibus, quasi nil vltra periculi superesset, ex lō-  
ga defatigatione, æstuq; vchementi, & noctis pxi-  
mē peruigilio, quietis aliquantulū capiebat; cū su-  
bita cōuerstione rerū fors belli immutata est. Mul-  
ta erāt in regijs edibus diurna cura studioq; con-  
gesta, quę subiecta pr̄fertim oculis, cupiditatē in-  
cenderent. Ad ea certatim rapienda, suisq; ipsimē  
humeriæ auehenda Lusitani, dū anide huc illuc, ab  
re bene gesta soluti, palatiq; discurrunt; interea spa-  
tiū datum Nairibus ad auxilia cōuocanda, quę ex  
vetere gentis disciplina, ad certas significationes,  
mom̄to conueniūt, dein congregati, hortatiq; se  
mutuo ad sui Regis iniurias fortiter vindicandas,  
repente in regiā impetum faciunt; nostrosq; oneri-  
bus impeditos, & deprehētos errore viarū, sub sar-  
ciniis passim obtruncant, iaculisq; conuulnerant.  
Cotinius ipse, dū serō suos à p̄dā reuocat, ab ho-  
stibus intra septū regiū oppressus, ac trucidatus,  
occubuit. Et Albuquerkius, ad opē laboranti ferē-  
dā trepido nuntio excitus, cūm refugientē, & con-  
fertam in angustijs turbā frustra perrumpere nite-  
retur, vulneribus duobus acceptis, ad hēc, graui sa-  
xo in eū superne deiecto, lemianimis cadit: egreq;  
ad naues relatus, ancipiiti aliquot dierū curatione  
cōualuit. Perière eo die Lusitani partim hostiū te-  
lis petiti, partim in fuga à suis obtriti, amplius o-  
cōginta, lauciorū numerus relatus circiter trecen-  
torū. Eius clādis culpam scriptores in vnū Cotini  
um conferunt. quod is palmā euersi Calecuti cūm  
intemperantius adamasset; non exspectatis Albu-  
querki subsidijs, quō gloriā rei gestæ pr̄cer-  
peret, ignoto itinere, caloribus maximis, ad regiā

antecedens, temere sese in apertum capit is dif-  
men obiecerit; neque Emmanuelem Passanum  
dierit spectata xquè prudentia ac fortitudine  
rum, in ipso rei gerendæ articulo sapienter me-  
tem caueret insidias, militemque à præda &  
cursu quām diligentissimè contineret. Neque  
men incruenta fuit hostibus victoria. Plus mi-  
vel igne consumpti, vel in pugna desiderati. Di-  
xestate, qua hēc ad Calecutum gerebātur, Anto-  
nius Laurerius, Franciscanus, cuius ante memini-  
tū è Socotra Indiam petens, ad Surratum ora Ce-  
baicæ factō naufragio, cum aliquot Lusitanis  
Mamudium Regem captiuus abducitur. Et Dau-  
cus Lupius Sequeria ad ineundam cum Malac-  
ibus amicitiam, è Lusitania missus, cùm ad Ca-  
num appulisset supplemento in naues accepto  
Orientem porrò cursum extendit, ac superare  
ri promontorio, præter Gangeticum sinum  
vectus Oceano, ad Somatram primus (quod  
dem exstet) omnium Lusitanorum accedit. Is-  
sula, pari ferme ac Ceilanum genere loci, à Se-  
trione in Austrum obliquè porrecta, ab commu-  
te, in qua Malaca vrbs est, angusto & periculoso  
uiditur mari. atque ob idipsum peninsula quā  
dam credita est, quod ob frequentia vada, frig-  
or nō dum interiore patefacta nauigatione, illa  
quodam annexa continenti procul intuentur  
deretur: cuiusmodi errore ad Siciliā caput  
est Annibal. Sed nostrorum temporum audae-  
nihil imperium; sic multo plura iam cogniti  
explorata sunt. Longitudo insulæ, ducetas leu-  
& viginti; latitudo, qua maximè patet, septen-  
ta non amplius colligit. Auri est apprime re  
(ex quo Chersonesum auream prisci appellari

nec non stamno, ferro, vitro, sulphure abūdat, insignis insuper fonte perenni, ex quo naphta instar olei manat: & excelsō conspecta monte (Balaluanum incolæ vocant) qui ad similitudinem Sicilien sis Aetnæ, fumum, & flamas horribiles euomit. Regio est, ob frequentiam fluminum, ac paludum, nemorumque densissimorum, graui admodum cœlo, ac præsertim aduenis vehementer infesto. E syluis, inter alia, primæ notæ sandalum album, agallochum, & exsudans in modum resinæ caphura legitur, quam ignari Arabica lingua camphoram vocant: itemque vulgare piper, & piper oblongum, zingiber, casia, super hæc, magnam bombycis quoque, ad vestes delicatores, copiam mitit. Incolæ milio ferme, & oryza, & syluestrib⁹ visitant pomis. Frumentum, & ceteram orbis nostri sementem terra non patitur. Interiora, indigenæ tenent dediti simulacris: littora, Mahometani: quæ pestis ante ducente simum circiter annū inuecta, per vim compulsis ad montana incolis, maritimam planitem, & loca maximè opportuna commercijs, occupauit. Ditio tota, complura in regna tribuitur, quæ recēdere hoc loco nō est operæ pretium. Sequeria igitur in ea loca delatus, cum Pedrensi primū, dein cum Acenorū Rege pacem & societatem quicquid legibus iniit: & eius rei monumen to columnam in utroque littore statuit. Ab Soma tra cùm breui traiectu Malacam venisset, tentata prius per interpretē Mamudij alterius tyrāni voluntate (is erat ex Arabia oriūdus, & sensim collectis viribus, à Sionis seu Sabanni Rege, qui trans Gangem latissimè dominatur, per summam fraudem iniuriamq; descuerat) Hieronymū Texeriam ab Emmanuele Rege legatum quām ornatissimo

M 3

comi-

comitatu in terram exposuit. Ei frequenter in  
Jicis obuiam itum; & magnificè instrato impri-  
tus elephanto, ad regiam ingenti celebritate  
citur. Dein prolata munera, & litteræ Emmanueli  
Iis, Arabica lingua cōscriptæ Societatem & os-  
cium postulabat Emmanuel. & sibi magnificè  
Malacensis ducebat, secum ad Rege tam inde  
ex vltimis terrarum finibus experi fcedus, ne  
peracto primæ salutationis officio, pax, & am-  
ita, magna partis utriusque voluntate conuenit.  
Sed hæc tam lata initia eundem videlicet em-  
habuere, quem Calecutana sub aduentum  
Gamma decem ante annis habuerant. Saraceni  
Arabes Malacæ negotiabantur: Lusitanis præ-  
sam religionis, ob accepta insuper ab eis mo-  
moda, & ademptam maris possessionem, infer-  
mi. ij, quemadmodum antea Zamorinum, su-  
Mamudium hunc, insigni perfidia ac levitate  
rum ex nefaria pseudo propheta disciplina,  
coemptos pecunia caluniatores, ac præcipue  
fectum urbis, quem vocant Bendaram, fiduci-  
nibus in Lusitanos quam acerrime concitant.  
tem ab extremo Occidente, omnium quæ sub-  
sint, sauitia & rapacitate maximè detestabilis  
exitio natam Orientis, quo cunque sele specie  
cieratis insinuent, ibi arce confestim ædifican-  
colis acerbissima seruitutis iugum imponeu-  
tes eius rei Cocinum, Cananorem, Armuzijs,  
lam citant, proinde, quod optimum est, alieni  
etius euentis Rex pacem caueat insidiolam, ac  
stam; rebusque suis mature prospiciat, non p-  
quinque latronum naues, valde imminuto & mi-  
tarum, & militum numero, intra ipsius præ-  
& portum inclusas teneri: si paululum me-

in id quod est opus, animum & cogitationem intenderit; nullo prope certamine cunctos ita opprimi ac deleri posse, vt ne nuntius quidem clavis ullus omnino supersit. Hisce igitur, & alijs id genus argumentis, licet ius gentium, & foederis religio non parum obstarerit; tamen improvidum viri fallacis animum, & suapte natura Christianis infensum, Arabes in suam sententiam facile pertrahunt. Infandi sceleris in praesentia talis ratio initur. Per summam officij simulationem tyrannus Sequeriam, & praecipios ex eius comitatu ad conuiuum inuitat; suggestu precelso ad cœnaculi amplitudinem extructo, & pretiosis tapetibus ac peristromatis adornato regium in morem, & quidem in ipso littore, scilicet honoris causa, ne Lusitanus dux, in tanta peregrinorum colluione, longius ab suis abscedere cogeretur. ibi inter epulas incautum hospitem, comitesque propalam trucidare, eodemque momento naues adoriri placuerat. Sequeria, quamuis ad eam diem consulto pedem è naui non extulisset; tamen multis precibus inuitatus, ne fidem hospitijs suspectam habere videretur; se ad festas dapes venturū promisit. dein, coniurationis indicio ad eum delato (neque enim in vrbe deerant qui facinus improbarent) sociorum hortatu, sub ipsum conuiuij diem per internūtios morbum excusat. Ea spe delusus Mamudius, aliam fraudem, ijsdem architectis & suasoribus, machinatur. Mos erat Malacq, qui & in alijs emporijs; vt primus quisq; emptor ad vrbe accessisset; ita eum ante alios cum oneribus missum facere. Ea lex quoniam si obseruaretur, Lusitanis, qui recentes aderant, diutius erat in portu commorandum; offendit tyrannus, se, cum Emmanuelis, quem plu

M 4

rimi

rimi faceret; tum ipsius etiam Sequeria causa ex tam longinqua regione venisset; extra ordinem aromata & merces exhibere Lusitanis decimam verutamen, quoniam id perinquo passum nimo ceteri negotiatores; qui iam dudum se praevolentur; curandū esse ut quam primū, & optima maxima diligentia res transfigatur. Ad certi diem quatuor leorsū locis quam plurimos Lusitanos cum scaphis praesto iubeat esse. mandatum se, vt quæ maxime cupiant, ab apotheca curatoribus nulla mora interposita proferantur. Latitudine Sequeria, & gerendi negotij causa diffusa latis ijs quæ de cōspiratione cognorat; Mampro tam propensa in Emmanuelē volumen gratias agit ingentes. Inter hæc, à tyranno delictorum aliquot silentio comparatur; & in tis sagittarijs, in occulta statione post subiectum promontorium collocatur. Vt mutis erat ex Iula Iaua, quem honoris vocabulo Rāiam appabant: secundum Rēgem opibus & clientelis lo princeps Malacensis emporij. Huius filius, Pērus nomine, cui paucis illis diebus cū Lusitanis tracta familiaritas erat, cōscendendi ad prædictum diem pro amicitia nauem Sequeria cum aliis armatis, & iugulādi repente ducis negotiorum impedit. stationes præterea armatorū locis idoneis ponuntur, vt in Lusitanos, quique in urbe residentur, quiq; emendi causa scaphas ad littus sollicitent, ex omnibus locis impetus fieret, simul & subornati, qui eo die, per speciem vendendi eatus ad Lusitanicas naues accederent; nauum flodes, ignaros imminentis exiij, distinerentur, dum omnibus, vt nihil mouerent, antequam ex celo editum fumo signum aspicerent.

eam verò significationem, & classis parata, subitò  
ex insidijs in semiplenas inuaderet Christianorū  
naues; & cæteri pro sua quisque parte rem terra,  
marique impigrè gererent. Vbi dicta facinori dies  
affuit, Sequeria, cui nihil erat longius, quām vt ad  
Emmanuelem nuntios aperti Malacensis commer-  
cij perferret; scaphas aliquot cum mercaturæ ad-  
ministris ad loca destinata dimittit. Ipse interim  
oblectandi animi causa, vt sit, latrunculorum lusu  
tempus terebat; cùm Utimuris Raia filius cum a-  
liquot armatis per causam salutandi superuenit.  
Aduenienti, cùm omisso ludo Sequeria prodiret  
obuiam officij causa; Quintu, inquit ille, capta  
prosequeris? nam & apud nos quiddam haud absi-  
mile genus oblectamenti est; & quibus potissimum  
rebus ab isto vestro discrepet; dñe cere vehementer  
aueo. Cùm Sequeria ad certamen ludicrum, moris  
amicō gerendi causa reuertisset; interca Patiacus  
exspectans quām mox fumus attolleretur: varia  
scificitando animum tegere: ac licet ab insita genti  
fallacia simulationem vultu egregiè sustineret; ta-  
men sensibus intimis è concepto scelere astuabun-  
dus, modò residere, modò consurgere, tum sic et ma-  
nubrium identidem stringere. & is quidem, quam-  
quam ad cædem paratus, præclarè sibi temperauit,  
quò minus præpropere consilia patefaceret. Non  
eadem cæteris patientia in præstolando fuit. Nam  
& qui venalem annonam ad naues admouerant, &  
qui in scaphas ex vrbe imminebant, per tumultum  
actrepidationem, furijs instigantibus, non exspe-  
ctato signo coorti ante tempus in Lusitanos irru-  
unt: iamque pluribus locis, inscio Sequeria, cædes  
fiebat; cùm nauta è summo carchesio & gestus eo-  
rum, qui cum gladijs aderant, speculatus, & rixa

M S emi-

eminus animaduerfa, confestim ducem inclam  
Deum, hominesque contestans paratam fraudem  
mucrones in caput eius instare; Lusitanos ad  
bem circumuentos occidi. Ad eas voces quae  
profundo veterno excitus Sequeria, abieci  
ueolo ferrum capit; idem comites, & nauta  
unt Sicarij, conscientia exanimati, in subiecta  
uigia momento desfluent. ille, missis propere  
littus armatis, qui suos laborantes protegerent,  
ad naues festinè reciperent; ad omnia prouida  
da, quæ in tali re opus esset, exemplò discun  
iam edito signo, lembi hostium ex alto aderant.  
vbi Sequeriae nuntiatum est; ne loco arcto & imp  
rito repente oppressus, tormentorum usum, co  
bus in tanta militum paucitate maximè nurca  
tur, amitteret, præcisus raptim anchoribus, e po  
tu se proripit; & obuiam hosti procedit. deinceps  
mentis æneis ferrea missilia horribili fragore  
torqués, barbaros ita conterruit, ut ne tentato  
dem certamine, velis, remisq; scelè in fugam pra  
pites dederint. ijs dissipatis, ad suoru reliquias  
ligendas in prætinam stationem reuertit. ne  
ausus deinde quisquam ei negotium facessere. In  
eo tumultu cæsi Lusitani fermè triginta, paulo pa  
res in vincula abrepti, in quos ne grauius à tyra  
no consuleretur, ab urbe quatienda, & ab ince  
nauium Sequeria scelè continuuit. Cæterum tem  
pore non potuit, quominus Mamudio renunci  
iuberet, Lusitanos tam insignem tamq; ar  
cem iniuriam, fauente Deo fœderum teste, prope  
diem esse vindicaturos. in præsentia, quod in  
reuerisionis tempestas adesset, quæ motio in iul  
cis non nisi tertio quoque redit mense, ne apud  
sceleratos, & perfidos homines diutius ageat;

Iis in Occidentem datis, obuios aliquot barbarorum iuncos (onerariæ nauis id genus est) pretiosiss mercibus resertos expugnat; tum nauibus duabus Coccinum missis, quæ de statu rerum Malacensium Prætorem Lusitanum docerent; ipse India, & Arabia ad dexteram relicta, Bonæ spei promontoriū præteruectus, ingenti labore ad Tertias insulas, atque inde in Lusitaniam recta contendit. Et Sequeriæ quidem nauigatio hunc habuit exitum, Albuq[ue]rci' interim valetudine recuperata, & refectis e Calecutana clade suorum animis; in id maxime operam dabant; ut, quæ contra ipsius existimationem ab inquis ad Emmanuelem Regem dela ta essent, re ipsa magis & factis, quam litteris aut oratione refelleret. In primis, ad Armuzianum bellum, quod ille iam diu coquebat; nauales copias, & omnia machinarum genera, quam acerrimo studio comparabat: ac breui, non die, non nocte intermissa cura, nauium vnius & viginti classem omnibus rebus instruxit. in eas Lusitanorum duo circiter millia, præter auxiliares, imposita. Dein oratoribus principum, & regulorum auditis, qui ad eum initio præture officij causa confluxerant, cum ijs, quas dixi, copijs in conspectum oræ Decanæ prouehitur, parantiq[ue] porrò in Arabiam tendere; nec opinata spes commodi propioris afful fit. Goa est vrbs (cuius haud semel iā est mentio facta) in Ticuarino insula, quā, & ignobiles alias cō plures, angusto interfusū curipo efficit mare: illa quidē, & soli vberitate, & egregij portus amplitudine, & ædificiorum, incolarumq[ue] frequentia in primis Indiæ totius visenda. Ab ea non longè distat Onoris regnum: cuius regni paruam insulam, haud contemnenda tum classe obtinebat egregius

virtute nauali dux, nomine Timoia. Is, tyran  
Sabaio, cuius ante meminimus, & Mahomed  
Goæ inquiline cùm alijs de causis erat infeli-  
tum ob auocatam illuc ab Onore, & Batica, s-  
cyltis quondam emporijs, mercaturam. itaque  
Saracenis, Aegyptijsque negotiatoribus Goam  
tentibus plurima damna inferebat; & coniunc-  
cum Lusitanis causa, miro quodam ardebat flos  
de Emman. Rege benemerendi. quo circa iam dñe  
Francisco Almeida suam operam enixè detulerat.  
Et tum ab Albuq. ad colloquium euocatus, co-  
sternum accurrit; atque inter cætera nuntiat, ab eas  
fo Dabulo Sabaium prorsus implacabilis in Lusi-  
tanis ira concepta, naues ædificantem, magnis  
mijs veteranos vndique milites contrahensit,  
ingenti machinarum omnis generis comparata  
numero, cùm bellum primo quoq; tempore Chri-  
stianis inferre cogitaret; in ipso conatu rei ag-  
diende letali morbo consumptum. Eius mons  
multos è subiectis populis rebellasse; & finitimi  
Reges ad veteres vlciscendas iniurias repente-  
ortos. hinc, Idalcanem filium, exigo rerum  
vixdum locatum in solio, cùm domesticis, tum  
ternis bellis vehementer implicitum atq;  
etum teneri: Goam ciuitatem, magna ex parte  
lapsi tyranni exercitu, intestinis preterea dife-  
dijs laborare. Pro certo se habere, si Albuquer-  
us, omisla interim Armuzia, ad Goam recta-  
tendat; fore, vt opportunam ad omnia insulae  
urbem in primis opulētam, aut metu, aut armis  
potestatem accipiat. Ac ne verbis duntaxat ex-  
ire gratiam videatur; semper, ni Lusitani reijc  
cum suis omnibus copijs in partem laboris  
ridiculique venturum. Albuquerius, collan-

Timo

Timoia fide atque constantia, concilium vocat.  
Nemini spernenda res visa. quippe, Armuzianam  
expeditionem in alia tempora differri posse: Goz  
potiundæ, si tam commoda præternolet opportu-  
nitas; renocari non posse. Cùm hæc sententia mag-  
no cum assensu plerisque insedisset; Timoia, per  
speciem Armuziani belli, ad conscribendos in vi-  
cino milites dimissus, paulò post cum peditatu, &  
longis nauibus quartuordecim ornatissimis af-  
fuit. Sub eius aduentum, Albuquerius, mutata re-  
pente nauigatione, Goam peterent, magistris edi-  
xit. Cùm in ipso ore portus in anchoris constituf-  
set, Antonium Noroniam sororis filium, & Timo-  
iam cum actuarijs præmittit ad oppugnanda ca-  
stella duo, ex vtraque parte aditus posita. quorum  
alterum in ipsa insula Págnum, alterum in conti-  
nenti Bardesum appellabant. ijs felici euentu ca-  
ptis, cæsoque aut fugato præsidio, mittit qui oppi-  
danis denuntient, si voluntate vrbem tradere, &  
Christianam clementiam, quam vim experiri ma-  
llint; se & legibus ipsorum pasurum eos viuere; &  
tertiam partem tributi, quod tyranno pendere so-  
leant, remissurum. fin minus; obſidionis mala, &  
omnem belli cladem exspectent. Goani, dissipa-  
tis fuga militibus, & absente Idalcane ad fines reg-  
ni tuendos, iam antea trepidabant. Tum verò, non  
modò expugnatis arcibus territi, sed etiam benig-  
nitate promissorum illecti, pulsis aduersæ factio-  
nis hominibus, Albuquerium & Lusitanos ingen-  
ti gratulatione patentibus portis admittunt; eiq;,  
deditioñis insigne, claves oppidi, & arcis, in qua e-  
rant ædes regiæ, porrigunt. Albuquerius, cata-  
phracto equo summa omnium ordinum frequen-  
tia vrbem inuestus, Crucis vexillum pietatis cau-

fa. præ.



sa præferente quodam ex Dominicana familiæ  
mūm omnium, Deo immortali, partam sine on-  
re victoriæ gratulatus, promissi fidem ciui-  
gregiè prestitit: urbem, & arcem diligenter ins-  
xit; grauique ante omnia edicto milites à pri-  
iniurijsque continuit. In naualibus, partim inde-  
ata, partim absolutæ varij generis naues inven-  
non paucæ, armamentarium, telis, tormentis m-  
is, sulphureo puluere, & omni apparatu bellicis  
fertissimū. & in stabulo regio militares equipes  
multi, quos è Perside aduectos (nam India emul-  
di armentis caret) Malabarici, & Canarini, & Ne-  
singæ Reges impenso parant pretio. Ad hęc, locis  
publicis vetricibus, tollendis ex insulis  
trocinijs, & componendo ciuitatis statu, reliquias  
æstatis insumptum. Iam enim urbem illam, Ima-  
buquerius, propter eximiam (vt diximus) re-  
bonitatem, & opportunitatem loci, (quod quod  
cardo inter Cori promontorium, & Cambaiz-  
tus interiacet) ad continendas in officio cuncte  
reas nationes, caput ac sedem Indicij imperij de-  
narat. Dum igitur componendis insulæ rebus  
potissimum cōciliandis incolarum animis, hu-  
ignarus vim ac metum, exclusa benevolentia, me-  
los diuturnitatis esse custodes; interea Idalona  
missæ Goæ percussus nuntio, pacem vel iniurias  
ditionibus cum hoste interno pariter & exten-  
componit: dein, auctis maiorem in modum re-  
pijs, ad Goam exemplò cōtendit. Ducem habet  
in castris, eximia rei militaris peritia, Cam-  
nem nomine. Hunc, ad tentandum estuarij tra-  
tum, quo insula cingitur, cum expeditis octo mil-  
libus peditum, equitibus mille & quingentis pre-  
mittit, ipse cum cetero exercitu (ea erant equi-

quinque, peditum plus quadraginta millia) tardius propter machinas, & impedimenta subsequitur. Camalcan, celeritate usus, ad ipsius littus applicuit castra. Eius aduentu, pr&esertim quod Idalcan cum reliqua copiarum mole propediem assuturus nuntiabatur, magnus tota insula motus animorum est factus. Duo incolarum genera Goam habebant. inquilini alteri è secta Mahometana, qui dudum ex Arabia profecti, ut supra dictum est, magnam Africi, & Asiatici littoris partem insederant. alteri indigenæ, deorum inanum cultores. Illi, ab insito in Christianos odio, eiusdē superstitionis hominem, Sabaj filium, Regem expetebant: hi, metu ne dedita sine sanguine vrbis poenas postmodum luerent; eius flagitijs turpitudinem & culpam redimere insigni aliquo promerito nitebantur. Ergo inter se se clam officijs in Camalcanem utriusque certare: omnia Albuquercri consilia (quoad possebant) per occultos internuntios patefacere: ad transitum hostes non hortari modō, sed etiam in idipsum naues ex occasione summittere: denique nulli rei deesse, que ad Idalcanis aut placandam iram, aut gratiam ineūdam facere viderentur. Neque ad barbaros modō pertinebat hoc malum, ipsos etiam Lusitanos quadam ex parte furor inuaserat: atque ut ad Armuziam nuper, sic tum dementia & imperitiæ Pr&etorem accusabant, quod Idalcanis maximè absentia fretus, vrbem tot tamquam potentibus vndique nationibus cinctam, adeò parua manu inuadere esset ausus; & inanis gloriae cupiditate, relictis nō minus questuosoꝝ, quam honoratoꝝ mercaturæ compendijs, Lusitanicas opes, & parta ad eam diem decora in apertum periculum temere conieciſſet. Albuquerco, in tantis

rerum

rerum angustijs, tamque multiplici discrimi-  
tamen neque animus, neque consilium ad omni-  
defuit. Ac Lusitanos quidem, quando animad-  
tendi non erat locus, admirabili quadam lenitate  
ac patientia sustentabat. Ex incolis, capita con-  
rationis, per speciem consultandi in arcem eno-  
tos (ij fuere amplius centum) repente vinciri  
sit. Miracenum est principibus ciuitatis, quem  
demerendi causa quadringenariæ cohorti pre-  
cerat; interceptis eius ad Camalcanem litteris,  
tinuò stipatoribus sui corporis tradidit, sive  
hand in usitato mortis genere, fodiendum. Iap-  
insuper, aliquot est turba suspensi. ceteri ad insi-  
tos rerum euentus in vinculis adseruati. Iam  
rò, ad arcendum insula Camalcanem, idoneis  
cis tormenta cum praesidijs collocata, propter  
sitanorum paucitatem, incolis necessario ad-  
stis, quos quidem Albuquerius minime infi-  
aut ab se alienos existimauerat. Subductis pur-  
rea in tutum leuioribus nauigis, ne hosti ad-  
sistum usui forent; nobilibus trierarchis circu-  
eundæ sine intermissione insulæ negotium  
datum. Camalcan varijs locis haud semel  
natus traijcere, cum tormentis vindicetur  
leretur; ad extremum silentio noctis tempe-  
tem naectus turbulentam ac pluuiam, cuius  
di multæ per autumnum existunt; ratibus per-  
tatum; vitilibus nauigis, corio circumfusum  
quitatum traijcere instituit. neque ita diffusa  
transmissio fuit, tenebrarum & imbrum in-  
spectus & ignium beneficio Lusitanis ade-  
pto. Ac nihilominus inter tumultum aliquot al-  
ptæ rates, cæsique ex hostibus, aut demersi po-  
ci. Sed ingruenti omni ex parte multitudine

obſſi non potuit. Primi agminis ductor erat Zū-  
folarinus, notæ audaciæ vir. is, cum duobus fermè  
partim equitum, partim peditum millibus pri-  
mùm in ſiccō ſtatuit signa: dein, cùm iam diluē-  
ceret, Camalcan illicò ſubsequutus, iamque paſ-  
ſim armati in terram exponebantur: & ē ſtationi-  
bus incole, mutata repente fide, cùm ſeſe ad ho-  
stem adiungerent; Lufitani ab ſuis deferti effusa fu-  
ga vrbem vndiq; repetebant. cæterū ne ibi qui-  
dem tuto conſilere licuit, oppidani conſpectis  
intra insulā Idalcanis inſignibus, in Lufitanos to-  
ta vrbē diſpersos adeo vehementer ſe intulērē; vix  
vt illis in arcem confugiendi ſpatium fuerit. eo-  
dem ijeriam qui mare tenebant, ſaluis nauibus,  
tormentis que receperē ſeſe. Interea Camalcan  
cum ceteris copijs per otium transgressus, ad duas  
arbores(ita locum appellant) haud longē ab vrbē  
conſedit. Atq; vt receptæ Goæ decus Idalcani præ-  
riperet; per Lufitanum exulem Ioannem Machia-  
dum, qui ſpecie defertoris apud Idalcanem ſti-  
pendia faciebat, Albuquerco pacis condiſiones  
obtulit; magnoperè ſuadens, vt appropinquante  
iam hyeme, tam arctis commeatibus, tanto infe-  
rioribus copijs, ante Idalcanis aduentum vrbē ex-  
cedere, quām belli fortunā temerario auſu pericli-  
tari mallet. Haud inania proponebantur: & cùm  
aliz multæ Albuquerium difficultates angebant;  
tum nihil magis, quām hyemis imminentis incom-  
modum: quod à Maio mense, qui tum agebatur, ad  
vſque Septembrem, in Oceano Indico ſeuifſimi  
turbines, ac foediſſimæ existunt procellæ: quarum  
impetu fauces Goani portus, aggeſtis arenæ cu-  
mulis, per eos dies ita obſtruuntur, vix ut minori-  
bus nauigij, & magno cum labore tranſitus pa-

N

teat.



teat. Ac nihilominus, Albuquerius, cum tam  
rum ac temporum iniuitate premeretur, cu  
mationis ac dignitatis rationem antiquissi  
duxit. Idalcanem exspectare; oppugnatio  
quoad posset sustinere; & ubi demū cedere  
fitas coegisset, in ipso portu inuitis hostibus  
mare constituit. Camalcan, Albuquerij per  
ciam demiratus, experiendi magis vires causa  
certa victorix ipse, machinis nondum adoc  
multifariam Lusitanos aggreditur. à quibus  
egregiè propugnantibus, haud sine detimento  
cederet; interea cum vniuerso exercitu bellico  
instrumento Idalcan affuit, omnemque latere  
nem tabernaculis occupauit. Defertis pro  
paucitatem nostrorum Págino, & Bardeſio ci  
lis, praefidia cum tormentis imposuit. Dein  
nita Lusitanorum peruicacia, vt rem quāma  
mo suo damno conficeret; intercluso vndiq  
tu, veluti indagine cinctos, fame ac despera  
compellere ad deditio[n]em decreuit. id quo  
lius adsequeretur; missō caduceatore simula  
pacem offerebat obſeffis. ipſe, dum de con  
nibus agitur, paulo infra urbem, quā in  
ſtias cogitur æſtuarium, multa ſaburragra  
onerariam ad instar molis demergit. dein, cum  
alteram eodem modo ſupprimere maturali  
nimaduerso periculo trepidi naute rem ad  
buquercium deferunt. consilium habetur  
templō. neque vlli dubium fuit, quin pre  
nocte priusquam planē interſeptus euriui  
set, ſeſe ex letalibus ijs cancellis eripereat;  
tur, luminibus crebris in ſpeciem relit, q  
ta vigilia ex arce ſenſim excedunt. neque tan  
licuit fallere intentos ad cuncta oppidanos.

VM  
um tam  
etur, et  
tiquillim  
gnatione  
edere can  
ostibutus  
rcij pen  
es canis  
im aduers  
quibus  
trimenti  
ubellios  
e latere  
rtis pro  
desio ca  
. Deinde  
quam m  
vndiq  
esperia  
id que  
e simili  
de condit  
ua in ap  
ra grau  
ein, can  
aturaff  
rem ad  
habetur  
in prec  
euripu  
erent,  
ictis, p  
que tar  
danos.  
gam ignis maximè prodidit, armamentario in  
iectus. Ergo confestim inabeuntes ex vrbe fit im  
petus; & Albuquerius cùm agmen cogeret, e  
quo suffoso vix tutum ad naues receptum ha  
buit: inde sublatis per magnam trepidationem  
anchoris, cùm vndique tela volitarent, præmis  
si qui transitum diligenter inspicerent: ac vix  
iam singulas angustiæ capiebant naues. itaque æ  
grè admodum traducta classis, remotiorem ab  
vrbe locum hybernis cepit. Hoc defunctos dis  
crimine tam graui, alia deinceps atque alia in  
commoda Lusitanos excipiunt. primum ipsa lo  
ci natura, multipli & anguloſo littorum flexu;  
vt inter nauigandum, quotiescumque res id exi  
geret, aperta iaculatoribus identidem præberent  
latera. dein adempta facultas aquandi, omnibus  
circa ab hoste infessis: vt ex ipso æstuario, hyema  
libus pluuijs non nihil temperata salsugine, amara  
ros larices, & lutulentos haurire sitis intoleranda  
compelleret. omnis deniq; commeatus tanta pa  
latim inopia premi cæpti, regijs equis quos in fru  
sta; dissectos sale condierant, quamuis accurata  
dispensatione consumptis; vt vulgo mures, & pu  
tria animalia, pro cibo nautis ac militibus essent:  
quidam etiam, detracta scenijs coria, cacabis vt  
cunq; mollita commanducare niteretur. Inde va  
gari passim morbi: & squallètia rabe ac macie cor  
pora, miserandum in modum absumi. Sed cùm tot  
vndiq; instarent mala, nihil tamen æquè Lusitanos  
virgebat, ac disposita in vtroque castello, de qui  
bus antea demonstrauimus, maiora tormenta: ea  
cùm à fronte, à latere, à tergo pene assidue no  
stros impeterent; maximo incommodo captam  
relinquere stationem, & latebras mutare subinde

cogebant. Aduersus eam perniciem Albuquero  
aliquid ex Lusitana cōsuetudine audendum  
consilium cepit prima specie temerarium,  
ceps; cæterū exitu patuit, extremis in rebus  
tissimos quosque conatus esse tutissimos. No-  
do præsidio Idalcanis ambo castella tenebatur  
tanta barbarorum ab secundis rebus erat negle-  
tia, quod à Lusitanis fame ac lue dira pane co-  
ctis, deditio[n]em in singula momenta exspectau-  
ut non vigiliarum ordo, non stationum locus,  
numerus teneretur. Soluti ac securi milites,  
nihil omnino timendum esset, somno & perpe-  
tuationibus tempus terebant. Ea locordia satis om-  
perta, Albuquerius, acerrimos viros ex una  
classe trecentos deligit, hos, & sua sponte in-  
flos cupiditate vindictæ, & magnis insuper-  
citationibus incitatos, bifariam diuidit, cum  
grægijs ducib[us] noctu diuersos ad vtrumq[ue] cal-  
dimittit. Profecti silenti agmine, cuncta ne-  
& soluta, custodes ante vallum inermes, ac lo-  
inueniunt. Cum hisce tam imparatis, ac nihil  
opinantibus, ab Lusitano ex ultima desperata  
feroci, multis simul partibus prælium initum,  
di repetino tumultu attoniti, & ignari quidell  
velut alienata mente paſsim ceduntur: pance-  
tis armis resistunt. Sed ijs quoq[ue] momento dilu-  
tis, intra vallum & portas prælium infertur.  
ultra sustineri Lusitana vis potuit. in fugam  
si hostes: & memorabili ausu ab obſeffis ac  
uētis vna nocte duo castella expugnata, machina  
ac tormenta (quam vnam Lusitani adamaran-  
dam) raptim ad naues aucta. Quo ram in  
cinore iectus Idalcan, veritusq[ue] ne tale quid p[ro]m-  
ſuum ipsius caput Lusitani consciſcerent, tabo-

culum ab vrbe dicitur longius transtulisse . Post  
hæc, ab hoste, malleoli, & aridi virgultorum fasces  
oleo resinaque perfusi, ratibus imponuntur, quos  
igne concepto in Christianam classem & stu secun-  
do repente demitterent . Ea re per exploratores  
cognita, Albuquerius anteuerit; vtroq; ipse ad  
eam inflammandam materiam idoneos viros ad  
vrbem occultè summisit, subière quā maximè sur-  
do remigio: veruntamen intentioribus iam vigi-  
lijs sensit aduentum barbarus: & cum aliquot actu-  
arijs confestim occurrit. ibi seuiissimo contracto  
certamine, cūm hostis multitudine superaret; An-  
tonio Noronie crus lœnū sagitta transfigitur, quo  
ex vulnere paucis diebus exspirauit. Is casus Al-  
buquerium grauissimè perculit; non domestici  
tantum incommodi causa, verū publici quoque  
damni, quod eximia spe summæ virtutis adoles-  
centem, ac singularibus animi & corporis prædi-  
tum ornamenti, Emmanuele approbante, succel-  
forem sibi in eo imperio designauerat. Neq; tamen  
in cruentum fuit hostibus prælium: multo plures  
ex ijs, quām ē nostris desiderati, & nisi mors Noro-  
niae interuenisset, Lusitani egregiè vicerant. Inde,  
vitandis vtrinque infidijs aliquot dies per sum-  
mas Lusitanorum ærumnas exacti, iamque magno  
eorum gaudio ver appetebat: mariquæ nondum  
planè aperto, sœua necessitas, & extrema rerum  
omnium inopia, nostros ad profecitionem adegit.  
aliquot nauigia in transitu amissa. reliqua claf-  
sis cūm denique in altum euasisset; ægri, quorum  
erat ingēs multitudo, in Anchediuam insulam de-  
portati; vt ibi desiderato cibo, potuq; & insuper  
amēnitate loci, & cæli clementia se se ficerent.  
Albuquerius Cananorem delatus, instaurandæ

N 3            insti-

institut classi : dein Calecutanæ opis fiducia & im  
empti Cocinensis regni dolore tumultuantem  
nou Naubeadoræ propinquum ; celeriter co-  
fectus , cæsis aut fugatis Zamorini auxilijs, tam  
rè compescuit , Regemque socium solicitorum  
liberavit . Per eosdem dies Nar singe Rex inge-  
exercitu comparato, præcipuam Sabaij ditionem  
bem Taracolum aggreditur . Ad eam tuendam  
dañcan sine mora profectus ; armatorum nouis  
millia Goæ reliquerat ; nouis munitionibus, p-  
mœnum infirmitati diffideret , circa vibem  
tent a cura perductis . Et Albuquercio, de Goua  
petenda assiduè cogitanti , quod in ea re digna-  
& existimatio Lusitanici nominis ageretur ; in  
classis è Lusitania deceim nanum cum eximio  
re nobilitatis ac iuuentutis in tempore super-  
nit . His auctus copijs , purgato exercitu milie  
turbulentorum , nauibus triginta quatuor,  
quibus erat bellatores egregij Lusitani millegi-  
genti , & Malabares auxiliare strecendi , magno  
erecto animo ad Onorem rediit . ibi cognitus  
Goane statu ab Timoia , quem propter locu-  
nitatem nihil ferme latebat ; tres ab illo namen  
super accipit ; etiamq; denuò ad conducendo me-  
cede milites proficit iubet , ipse cum ijs quando  
bebat copijs interea rem aggreditur . omnia  
no ingentis erat audacia , non exspectatis auxiliu  
tam exili apparatu urbem & operibus , & par-  
dijs adeò munitam inuadere . Sed si vnquam ali-  
tuin vtiq; fortibus cæptis affuit Deus , quando  
dem tantus è prioris belli memoria terror non  
pidanos modo , verùm etiam externos inuasus  
licet ab omnibus rebus essent paratissimi , tam  
præ metu vix mente animoq; constarent . Duo pri-

mùm castella, sub ipsum classis introitum, à custo-  
dibus, Lusitanicum horrentibus ferrum, exemplò  
deserta. Inde Albuquerius, directis in frontem ex  
vrbe tormentis nequaquam exterritus, descensio-  
ne facta, multis simul partibus oppidum oppug-  
nat, neque ita magno certamine superatis muniti-  
onibus, cùm intra mœnia fese Mahometani reci-  
perent; permitti refugientibus Lusitani pariter ir-  
ruunt: & omnibus vijs armatos iuxta & inermes  
cedunt. Atrox maximè prælium ad arcem fuit,  
dum fideles aliquot ex Idalcanis familia, regias æ-  
des pertinaci tuerunt pugna, sed ijs demum in ve-  
stigio trucidatis, turpem in fugam cæteri omnes  
effusi: alij ex muris pauidi se se præcipitant; alij  
ad aquas compulsi vel obtrucantur in littore; vel  
degrauantibus loricis, vulneribusq; merguntur.  
maxima pars per agros insula tota dispersi. ita  
Albuquerius incredibili felicitate rursus vrbe  
potitur VII. Kal. Decembris, quo die Diuæ Catha-  
rinæ sacra natalitia celebratur. Finito iam prælio,  
cum tribus peditum millibus Timoia superuenit;  
serius omnino, si rem confectam spectes; cæterum  
ipsius victoræ celeritas (non plus sex horis pugna-  
tum est) socium ab omni vel negligentia, vel per-  
fidie crimine vindicauit, quod equidem diuinitus  
crediderim factum, ne scilicet è Christiana victo-  
ria, & singulari Dei beneficio parta, quicquam eth-  
nicus homo sibi decerperet. Dimissi dein circum  
insulam equites, ad Mahometanos è latebris eruē-  
dos, magnam denuò stragem dedere. Ita, varijs cla-  
dibus absumpta septem circiter hostium millia.  
è Lusitanis, quod credi vix possit, desiderati non  
amplius quadraginta. Post hæc, Albuquerius ad  
firmandum Emmanuelis nomine imperium to-

N 4 . tope-



ro pectore incubuit. ac primūm, defectionis  
ribus, exilio & bonorum proscriptione dan-  
tis, perfidæ ciuitati ex ipsamet Idalcianis som-  
la vectigal indixit. dein, ad sobolem in vsum  
litiæ propagandam, sacro fonte expiatas Inde-  
puellas cum Lusitanis in matrimonio collocab-  
fouebatque omni genere caritatis: tum aducens  
imminentis belli pericula refecti celeriter un-  
turrebant, & arx ipsa nouis propugnaculis am-  
plicabatur. In id opus dum idolorum fana, & sepulcra eum  
corum, & alia ædificia diruuntur; in domus cum  
dam pariétinis æneum Crucis, pendente Christi  
simulacrum apparuit: euidenti planè argumen-  
tum in ijs olim regionibus non modò Christianam  
dem, sed cum ea salutarem quoque vsum impo-  
num (quem recentes isti scilicet pietatis antiq-  
assertores ac diuinæ voluntatis interpres fusi-  
tus extirpare conantur) ex Apostolica tradicio-  
ne viguisse. magnum verò Albuquerius, & be-  
omnes inde gaudium percepere, præfigient  
animis, eam urbem ecclesiastique principem in  
cæ religionis aliquando futuram. itaque signum  
illuc purgatum, nec sine lacrymis, & cum solenni  
pompa & apparatu, pro ea quæ tum suppeditab-  
pia, exstructo nuper Christianorum templo ab  
tum à sacerdotibus: atq; ad Emmanuelem den-  
talium rerum plus multo, quam auri gemmarum  
que sit jentem, muneris amplissimi loco transfe-  
sum est. Neque huic tantum signo acceptam de  
victoriam Lusitani ferebant; quod eius ope qua-  
dammodo introducti in urbem fuisse viderentur  
sed etiam Divi Iacobi Apostoli Hispaniarum po-  
fidis euidenti auxilio: quod amissa iterum Ge-  
barbari sine fine requirent, quisnā esset ege-  
re.

ille dux, punicea cruce, & fulgentibus armis insig-  
nis, qui tantā edidisset stragem, ac Mahometanas  
phalanges Christianorū paucitati cedere coegi-  
set. Neq; Albuquerius, cœlestis promeriti sese im-  
memorē ostendit, siquidem, pietatis causa, inclu-  
sum vermiculati operis auro scipionē cum capu-  
lo ex pyropis & margaritis; & bombycinū petasū  
addito aureo gemmato; conchilio; itemq; pertu-  
fos in linea globos aureos (ea peregrinantis olim  
Apostoli insignia sunt) in Palmulano Iacobæa mi-  
litæ contubernio (qui locus Olisiponensis agri no-  
tissimus est) ponî iussit. ac deinde moriens, Cöpo-  
stellano eiusdem Apostoli templo terra Callaice,  
pensilem ingentis formæ lychnuchum argenteum  
cum perpetui luminis alimento legauit. Circa id  
tempus, quo hæc in India gesta sunt, Emmanuel duo  
decim fratres Cœruleos (vt appellant) è Lusitania  
in Congum vnâ cum architectis, & fabris, & splé-  
dido sacrorum apparatu, & liberali viatico desti-  
nauit: vt nouū templum vero deo exstruerent, or-  
narentq;: & erudiendis porrò ad pietatē incolis,  
& augendæ per baptismū Ecclesiaz sedulō insiste-  
rent. Princeps eius legationis ex eadē familia fuit  
Ioānes Marianus, insigni virtute ac pietate vir. O-  
mnes ab Alphonso Rege sanctissimo perquam be-  
nignè, & honorificè accepti. Eodemq; Rege vel in  
primis adiuuāte, per aliquot deinceps annos in ca-  
tholica religione promouēda egregiè operam po-  
suere. Cumque ex facta diuini verbi semente alia  
subinde atque alia segetes ad messem inalbesce-  
rent; supplementum in easdem regiones ab Em-  
manuele sibi deinde submissum est.

*Libri quarti finis.*

N 5

HIS.